Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



quia pat in filio & filius in patre uera ctē approbat: siue testis. quia
p suam mortē testificatū nouum testamentum; nisi enim p mor
tem hominis. non adfirmat testamentū. primogenitus mortuoq;
quia primus resurrexit a mortuis. & quod testificauit de resur
rectione mortuoq. in se primū ostendit. & pri NCIPES regum
terre; idē apostolōq. & omniū scōq. qui dilexit nos. & lauit nos a pec
catis sanguine suo; passus etiam suo nos sanguine solut a pec
cato. qui resurgens. iure primogenitus a mortuis pdicatur.
SCŌM MATHEVM. In illo tempore accesserunt discipuli ad ihm
dicentes quis putas maior ē in regno celorum. Superius enim scrip
tum ē quia dixē dnis petro. uade ad mare & mitte ho amum. & eum
piscem qui primum ascenderit tolle. & a pro ore eius inuenies
statere. illum sumens da ei. pro me & te. Ex hac enim occasione arbi
tratis omnes apli petrum eē platum qui in red ditione tributi
dnō fuerat conparatus. ideo interrogant quis maior sit in reg
no celoq; Vidensq; ihs cogitationes eoq. & causas erroris intellegens.
uult desiderium gtē humilitatis contentione sanare. & a duocans
ihs paruulum statuit eum in medio eoq & dixit. Vel simplicitē.
quem lib & paruulum. ut a latem quereret & similitudinem
innocentie demonstrare. et certe paruulū statuit in medio
eoq seipsū. qui n̄ ministrari uenerat. sed ministrare. ut eis hu
militatis tribuat exemplū. Alii paruulū interpretant spm scm.
quē posuerit in cordib; discipuloq. ut sup biā humilitate mutā
rent; amēn dico uob. nisi conuersi fuerit & efficiamini sicut paruuli n̄ intra
bitis in regnū celorum Non p cipit aptis ut a latem habeant par
uuloq. sed innocentiā. Et qd illi pannos possident. hi possideant
p industriā. ut malitia n̄ sapientia paruuli sint. Quicumq; ergo hu
miliauerit se sicut paruulus iste. hic ē maior in regno celorum.
Sic iste paruulus cuius uob exemplum tribuo n̄ p seuerat in tacun
dia non lesus meminit. non uidens pulchram mulierem delectat.
n̄ aliud cogitat & aliud loquit. sic & uos nisi talem habueritis
innocentiam & animi puritatē. regnum celoq n̄ poteritis intrare.
Siue alitē. Quicumq. humiliauerit se sicut paruulus iste. hic ē maior
in regno celoq. qui imitatus me fuerit. & se in exemplum mei hu
miliauerit. ut tantū se deiciat quantū ego me deiecit formam
serui accipiens. hic intrabit in regnum celoq; & qui susceperit unū
paruulum talem in nomine meo. me suscepit. Quia dis fuerit ut
xpi imitetur humilitatem & innocentiā. in eo xps suscipitur;